

*Spiritus Sanctus vos docebit omnia.*

✠ Lécctio sancti Evangélii secúndum Ioánnem

14, 15-16. 23b-26

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis:

<sup>15</sup> «**S**i dilígitis me,  
mandáta mea servábitis;  
<sup>16</sup> et ego rogábo Patrem,  
et álium Paráclitum dabit vobis,  
ut máneat vobíscum in ætérnum.

[17-23a]

<sup>23b</sup> Si quis díligit me,  
sermónem meum servábit,  
et Pater meus díliget eum,  
et ad eum veniémus  
et mansiónem apud eum faciémus;  
<sup>24</sup> qui non díligit me, sermónes meos non servat.  
Et sermo quem audítis, non est meus,  
sed eius qui misit me, Patris.  
<sup>25</sup> Hæc locútus sum vobis apud vos manens.  
<sup>26</sup> Paráclitus autem, Spíritus Sanctus,  
quem mittet Pater in nómine meo,  
ille vos docébit ómnia  
et súggeret vobis ómnia, quæ dixi vobis».

Verbum Dómini.